



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXVIII. Differentia 9. Interruptâ semel per litis contestationem
præscriptione secundùm Canones non procedit nova præscriptio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CXVIII.

DIFFERENTIA 9.

Interrupta semel per litis contestationem præscriptione secundum Canones non procedit nova præscriptio, c. fin. de præscr. & c. Possessor malæ fidei, de Reg. lur. in 6. Secus est iure civili, l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Bart. 133. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 175. Can. 18.

I. Interruptio est actus, quo cœpta usucapionis continuatio rumpitur, l. Nemo, C. de acquir. poss. Legistis duplex est, naturalis, & civilis. Bartol. in l. Naturaliter, C. hoc tit. Naturalis dicitur, quæ possessio aliquo naturali facto, & re ipsâ, non fictione interruptitur. Pavorm. in c. Illud, de præscr. ut cum possessori res aliqua mobilis auferatur, vel immobilis occupatur. Civilis est ficta interruptio, quæ fit per actum civilem, puta, litis contestationem: quæ tamen olim eam præscriptionem, quæ tantum naturali facto scinditur, non interrompebat, l. ult. ff. Proempt. l. Si post acceptum, ff. de rei vendic. hodie verò in omnibus locum habet. Wesenbec. l. 41. ff. tit. 3. n. 35.

II. Hispositis, an per litis contestationem extinguatur inchoata præscriptio, quæritur, & dissentiunt leges. Iuris Canonici sentum in Commentario Regule 2. n. 6. explicavimus, & ostendimus illi, qui præscribere velit, totius temporis lapsu bonam fidem necessariam esse absque ulla interruptione, & contraria notitia; inque eare Ius profanum à sacro

correctam esse juxta communem DD. opinionem. Qui per unius nummi solutionem interrupti dicunt, quo admissio manifestè sequitur factâ litis contestatione, quâ actor rem suam vindicare nititur, cadere spem præscriptoris, & credulitatem ipsius convelli. Nullâ igitur conscientia redintegrare, aut novam inchoare usucapionem permittitur. V. Tholos. l. 40. c. 8. Less. c. 6. n. 49. Tanner. III. D. 1. q. 1. d. 6. Ac proinde, ut dixi, deferenda hîc legum civilium auctoritas est, quibus per litis contestationem non cessat, sed perpetuatur præscriptio usque ad annum 40. V. Cusacium c. 31. de præscr. Neque audiendi sunt, qui Imperatorum leges in hac materia revocari non posse contendunt. Ecclesia enim, quicquid animarum salutis noxium est, reprobare & irritare potest. Azor. I. l. 5. c. 21.

§. Leges insuper. Silv. v.

Præscriptio, §. 1. n.

12. & 9. Lex,

n. 10.

R

CXIX. DIF-